

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Fabiano, quomodo Romanorum episcopus diuinitus praeter omnium
opiniones designatus sit. Cap. XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

De Fabiano, quomodo Romanorum episcopus diuinitus præter omnium opiniones designatus fit.

CAP. XXII.

Similatque Gordianus post Maximinū Romanorum imperiū obtainuerat, & Pontianus ecclesiæ Rom. Pontificatū per sex annos gesserat, in eius locū Anteros surrogatus est: in cuius ministerium, cum ad mensem eo perfunditus esset, Fabianum delectū ferunt. Post Anteroris mortem, aiunt Fabianum vñā cum aliis ex agro Romanam commigrasse, ibique sua collocasse domicilia: vbi, diuina & cœlesti gratia largiente, ad Cleri administrationem mirandum in modum euectus est. Nam cū omnes fratres causa diligendi eius, qui episcopatum gereret, in ecclesia conuenissent, & multi de multis illustribus & præclaris viris ad illud munus obeundum idoneis cogitarent, quanquam Fabius, qui tum forte præsto erat, nemini in mentem venerat, de repente tamen columbam ē sublimi deuolantem (quæ similitudinem spiritus sancti super Seruatorem in specie colubæ descendantis representare videbatur) eius capiti insedisse memorant: ac propterea populū vniuersum pariter uno sacrazi spiritus instinctu commotum, magna cum alacritate, & uno animo rum consensu eum eo dignitatis gradu dignum clamasce, & absq; mora abruptum illum in sede Pontificali collocasse.

Qui fuerint Origenis discipuli.

CAP. XXIII.

Eodem tempore, simul ac Zebinus Antiochenæ ecclesiæ episcopus è vita deceperat, Babylas ecclesiæ reditionem suscipit. Vbi autem post Demetrium Heraclas episcopatus ministerium Alexandriæ obtainuerat, Dionysius, vhus item ex Origenis discipulis, scholam institutionis ibidem capessit. Ad Origenem vero Cæsareæ consueta disciplinæ munera exequentem, non solum multi ab indigenis, sed ab exteris etiam regionibus penè infiniti discipuli, patria sua relicta, aduertarunt: ex quibus maximè insignes cognouimus, Theodorum alio nomine Gregoriū appellatū: episcopū sanè præter cæteros